Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 23 (41)

HERCVLES . DVX Ferrarie Mutine et Regij Marchio Esten: Comesque Rodigij etc. Ser.me Lige Locumtenens et Capitaneus generalis.
Cum Magnificus et Insignis Eques Amicus noster dilectissimus dominus Albertus Vicecomes Armorum Ductor et Ill.morum Dominorum Ducum Mediolani
Consiliarius Secretus sepissime profecturus sit ad diversas Mundi partes: Cupiamusque ipsum vbique gratiose suscipi et honorifice tractari sic
exigentibus meritis suis et pro nostra erga cum singulari benivolentia: Capp. Ser.mos dominos Reges Ill.mos Duces et Capitaneos Ex.as et
Mag.cas Respublicas Ceterosque Dominos patres, fratres, Amicos, benivolosque nostros quibus presentes exhibite fuerint, ex corde Rogamus quatenus
eundem d. Albertum cum omni sua Comitiua tam peditum quam equitum usque ad numerum personarum triginta, et cum suis cariagijs Salmis, capsis
forcerijs, valisijs, fardellis, Armis, Arnisijs, pannis, vestibus, Argenterijs Libris Jocalibus, Tapezarijs et alijs quibuscumque rebus et bonis
Die nocteque per omnes eorum portus pontes passus, vrbes Castella villas et loca quelibet tam per terram quam per aquas libere et expedite ac sine
aliqua Datij passus Gabelle, transitus, pedagij, siue transuersus aut bulletarum solucione: Omnique alio Impedimento et arrestatione remotis, nostri
complacentia stare transire discedere atque redire permittant: prouidentes sibi de ydonea cohorte et libero transitu ac securo Saluoconductu
si opus fuerit et ipse requirendum duxerit. Que vna in Re nobis sumopere complacebunt: Officialibus vero et Subditis nostris ac passuum
et locorum nostrorum quorumcumque Custodibus necnon Gentibus Armigeris quibuscumque tam nostris quam Locumtenentie et Obedientie nostre subiectis
stricte mandamus quatenus premissa omnia et singula in locis nostris quibuscumque et seu obedientie nostre subiectis Inuiolabiliter seruent
atque seruari faciant etiam pro quocumque eius nuntio has deferentem Sub pena Indignationis nostre et alia qualibet arbitrio nostro imponenda.
In quorum omnium fidem et Robur has nostras fieri et Registrari iussimus: nostrique solliti minoris Sigilli Impressione communiri.
Datum In felicibus castris Ser.me Lige apud vlmum Aretinum Anno dominice natiuitatis MCCCCLXXVIIJ Indictione XI.ma Die
Vigesimoquarto Mensis Nouembris.

P.
a Cantarz

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1871715822-14/fragment/page=0001

F
1478.
24/XI
17.

H

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 23 (41)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1871715822-14/fragment/page=0002